

Fo. CCXIII

Incipit liber de spiritu et aia. qui fm quosda inscribit augustinus. fm vero alios no sibi inscribit: et hoc fm doctiores.

Incipit prologus.

Monias di

Quoniam est mihi: ut cognoscere meipsum: sustinere non possum. ut me habere az incognitum. Magna namq est negligentia ne scire qd illud sit q celestia ra pfunde cogitamus. q naturalia ra subtili indagacione inuestigamus: et de ipso quosq creatore nostro ra sublimia scire desideramus. Non est res peregrina nec longe qreda a nobis: animus q ista sapimus. Sed semp nobiscuz adest: tractat: loquitur: et intus nescit. Datum est illi ra ingentium rez secreta scire: et seipsum cognoscere non posse. Paucis siquid licet ipso animo cernere: id est ut ipse animus se videat. Fieri autem non potest quadam diuina prouidentia ut inueniendi facultas desit religiosis animis seipos et deum suum pie ac caste ac diligenter querentibus. Idcirco reddas me mihi imo deo meo: cui maxime debeo: et videbo quid sit animus: et quid sit patria eius.

Quid est animus? Capitulum primum.

Animus est substantia quedam rationalis princeps regendo corpori acco modata. Animus sapiencia illustratus et suum principium respicit et seipsum agnoscit. et se sit ideoz ut extra se qrat qd i se ipso possit inuenire: intelligit. Corporeis vero passionibus prosopit et per sensibiles formas extra seipsum adducit: oblitus est quid sit: et qd fuit. Et quia nihil aliud se fuisse meminit. nihil preter qd videt se esse credit. Solo sensu circa corpora: et imaginacione circa corporum similitudines et locorum versat. et in eis siue vigilado siue dormiendo distrahitur. Cum vero ab hac distractione per puram intelligentiam ascendens in unum se colligit rationali dicit. Ratio siquid est animi aspectus quo per seipsum veritatem et rationem inuestigat. Quare illa opus est ad videndum: ista ad

inquendum.

Qualiter animus est inuisibilis.

Capitulum II.

Animus inuisibilis est: Neque enim taliter inuisibilia cernere valeret. Inuisibilia per corpus videt. inuisibilia per se. et in eo se videt quod inuisibiles se esse videt. Videt tamen in corpore per corpus: sic sensus in littera manet. et per litteram videt. Animus corporis dominator rector et habitator videt seipsum per semetipsum. Non querit auxilium corporaliu oculoz: imo vero ab omnibus corporeis sensibus tanquam impediens et prestrepentibus abstrahit se ad se ut videat se in se ut nouit se apud se. Et cum vult deus cognoscere eleuat se super se meritis acie. Non enim aliquid tale est deus qualis est animus. non tamen videri nisi animo potest. nec ita videri ut animus potest. Incommutabilis siquid est veritas sine defectu sube. Non talis est animus. Sed deficit et proficit: nouit et ignorat: meminit et obliuiscit. Nemo vult et modo non vult. Diffusis cogitacionibus atque consiliis huc atque illuc vagatur. Considerado spectat omnia. Videt absentia. transmarina visum ambit et percurrit aspectu: abdita scrutatur. Et vno momento sensus suos per totum orbis fines et mundi secreta circumsert. Descendit ad inferna: ascendit inde. versatur in celo. ad heret christo: coniungit deo. Ipse siquidem est et patria et habitatio: ad cuius similitudinem factus est. Quisquis ergo se tale reddi desiderat qualis a deo factus est: id est si se deo redeat ad se. et stet in se: et sic intra semetipsum et apud semetipsum querat et videat: unde constat homo: et ex qua sua parte factus sit ad imaginem dei.

De hominis compositione. Capitulum III.

Et duabus substantiis constat homo: anima et carne. Anima cum ratione. carne cum sensibus suis. Quis tamen sensus non mouet caro absque arietate. Anima vero rationale suum tenet sine carne.

De potentibus anime. Ca. IIII.

Et siquidem rationalis occupabilis et irascibilis. Per rationalitatem abilis est illuminari ad aliquid cognoscendum: infra se et supra se in se et iuxta se. Cognoscit siquidem deum super